

imbibitur Sal ab essentiali suo phlegmate,
quô per artem ut in sequentibus dicetur se-
paratô, Saliterum manifestum evadit.

Negatamen credendum Salia illa hâc ra-
tione manifesta facta pristinum reddere cor-
pus, ut vult Tachenius, cui Tartarus Vitrio-
latus Vitriolum est; Arcanum Tartari Tar-
tarus. Cur verò Areanum Tartari non ar-
det ut Tartarus, & in Colcothare remanet
Sulphurflammam concipiens, quale Spiritus
Vitrioli non habet, imò violento illo Igne
mixtorum partes quædam destruuntur.

Sed de Salibus in Specie jam agendum.
Alcali primævâ significatione Sal per incine-
rationem factum designat. Herbam enim
Kali à qua Alkali nomen est incinerarunt
Veteres, ut patet ex Dioscoride, indeq; Salia
explantis omnibus hoc modoparata Alcalia
sue vocata.

Cum verò Alcalium Natura propriè sit ut
contrariantur Acidis, & illudetiam alia v.
g. Utrinosa volatilia facere deprehensum fue-
rit, factum est, ut generaliori vocetur nomi-
ne Alcali omne, quod dicto modo Acidis ad-
versatur, sicq; Alcalia suut vel Volatilia, vel
mediæ consistentia, vel Fixa.

Vola-